Lucius II cepit a D 1144 s m 10 d 12 imp Corado

fol 3 Eugenius III natione Tuscus cepit a D 1145 sedit a 8 m 4 d 21 imperante Corado. Eugenius III fuit primo abbas Sci Anastasii et propter Romanos fugit Et postea honorifice ~~et~~ receptus est

f46 Anastasius IV cepit a D 1153 s a 1 imp Frederico qui imperavit a 1

Adrianus IV cepit a D 1154 s a 6 imp Frederico, postea ab eo coronato

Alexander III natione Tuscus cepit anno Domini 1160 s. a 22 imp Frederico antipapa Octaviano post Guidone post Johanne imp. Frederico Et foverunt scisma 17 annis, et idem imperator diruit ecclesiam S Petri et ideo nutu Divino fere omnes suos perdidit. Et tunc Alexandria fundata est a papa Alexandro. Eo tempore fuit Scs Ymerius et Scs Ubaldus confessores qui multis virtutibus claruerunt. Tunc temporis imperator cum papa redivit ad pacem. Hoc tempore celebratum est concilium Lateranense in quo multa jura condita sunt et alia remota, que canones appellamus quibus sufficienter cautum est de ~~el~~ eleccionibus scilicet quod illegitimi et minores non eligantur ad aliquas dignitates: Extra de Eleccione Cum in cunctis. Et de censibus ne fiant exactiones indebite: Extra de Censibus Cum apostolus. Et quod beneficia non vacancia non promittantur nec permutentur: Extra eodem titulo Majoribus

f47 et capitulo 4 Et quod pro sacramentis ecclesie peccunia non exiguatur Et quod regulares non audiant leges nec fisicam Et quod patroni non dividant ecclesias set si post quatuor menses vacaverint judicio episcopi ordinentur. Et quod eleccio facta a majori parte valeat si fuerit canonica apostolica remota. Et tunc papa posuit pedem super cervicem imperatoris dicendo: Super aspidem et basiliscum ambulabis etc

Lucius III natione Tuscus cepit a D 1182 s a 1 imperante Frederico Eo tempore Johannes antipapa s a 4

Gregorius VIII cepit a D 1189 s m 2 imp Frederico

Clemens III cepit a D 1189

Celestinus s. N Archiv IV 329 . Z 22 bis 47, 24 Tusculam p 330 Z 21 pr ipsius (statt Parisius) persona ipsius